

approbacionis seu confirmacionis paginam
 . . . necnon viginti librarum . . . incurrisse.

XXI. Schutz der Kirchen.

K 46 XXI: Preterea inhibemus, ne quis ecclesias aut personas ecclesiasticas ipsis archiepiscopo et sue ecclesie subditas in bonis aut rebus suis occasione advocatie aut alias dampnificet vel molestet¹.

*1246 Dez. 2 (B.-Huber 286 A) III.

Preterea . . . molestet seu dampnificari vel molestari per alios faciat quomodolibet vel procuret, quod si quisquam dei et nostri timore postposito secus fecerit, contra talem penis et remediis oportunis necnon cohercionibus regalibus districcius procedemus et nichilominus sentencias, multas et penas, quas prefatus archiepiscopus, sui successores et ecclesia contra excedentem in hiis protulerint, ratas et gratas habebimus et eas extunc prout exnunc auctoritate regia confirmamus.

XXII. Kirchenzehnte betr.

K 46 XXII: Item cum decime ecclesiastice a laicalibus personis detineri non valeant, nisi ipsis laicis ab antiquo in feodum ab ecclesiis et pro earum defensione sint concesse, volumus seu pocius declaramus, si que decime in terminis dyocesis Treverensis a laicis sint detente, cum presumatur et merito presumi debeat dictas decimas a prefato archiepiscopo et sua Treverensi ecclesia dependere, quod ipsi laici tales decimas ab ipso archiepiscopo et iam dicta sua ecclesia recipere teneantur et quod ad hoc faciendum per prefatum archiepiscopum et eius successores coartari valeant et compelli, nisi dicti laici legitime docere possint, quod huiusmodi decimas ab aliis dominis in feodum teneant vel quod eas ab aliis dominis debeant legitime optinere.

XXIII. Hoheitsrechte in den Städten u. s. w. betr.

K 46 XXIII: Item eidem archiepiscopo suisque successoribus concedimus, ut ipsi in civitatibus, opidis et villis suis communitates, societates, fraternitates, statuta, precepta, ordinationes, consilia et rectores, quibuscumque

1) Vgl. § 4 des 'Priv. in fav. &c' von 1220 Apr. 24. Die Lesart 'advocatie' statt 'advocati' hat dort nur die Trierer Ueberlieferung!